tenere super litteram sic edificium structum
super fundamentum firmam si litteram scilicet
fuit nullum dubium quin glosa super illam
litteram fundata non vera dicatur
censeri. Excepte eciam glosatoris michi(?)
hec falsitas dupliciter accidit vel circa
intencionem vel mentem auctoris quam
glosator accepit non intellexit,
Et ideo male exstinguit exponit
vel circa quasdam glosas propter motum
vel sensum exposuit tum cum ignoravit
vim vocabuli sive vocis vel genus
aut vocabulum et articulum vel casum
hebrei vel greci sermonis. Non enim
ut magister hystoriarum intellexisse
poterit quod in mense diluvium
inundare cepit. Dicit enim vim vo-
glosator ignoravit quod [illegible] dicit
tyrogallus et alii somnosi magis
[illegible], cum in ebreo [illegible]
sit et [illegible] et eciam [illegible]

in multis libris continetur vocatur tetragrammaton
hebreorum Simonis magistri hystorie nescit
qui dicit Ideo magister in hebreo Talis
est sermo grammaticus propter quod dicit visa
esse in virginem. cum constet quod in ebreo
sit masculini generis articulus vel igitur
sicut ille qui scripsit Deus per Deum nos
ipsos videre etc. cum ipse si volo
grecum articulum non possit ibi esse
nisi actum casum. casum etc. ibi ignorat
qui Ephesiis .1. Exponit magister ipsum scilicet
va scripturam ipsius cum manifeste
enim grecum non possit esse dictum ut ab
lativo casu Et hec propter per literam quadro
tetat augustinus de ipsius significatione sermo
Tractatus est modus scilicet glose
potest addi quia postille magis au
tentice aliis scribuntur cum glosis Unde
est excipienda notabilia que greci
vocantur scolia. quod nos latine
vocamus excerpta. De quibus Jeronimus
contra violencium Diversis et studiis
mei est multas legere ut de plurimis
mis diversos flores carpam Non tam
omnia probaturus quam que bona sunt electu-
rus Idem super psalmos legerem vermis
in prato scripturarum quasi herbas
florentes. sicut rosa rubet. sicut
lilia candet et alia nova sunt sicut
albus quod eligitur ut flores pulcherrimi
capiat Si rosas colligit lilia re-
linquit si lilia tulit mole nobis
super sunt Jeronimus Cum magna tempus
est breve et negociis occupamur
et liber est magnus et libri sunt
multi et simplices in scribendo ma
gni expedit de multis meliora
colligere et breviter finire Sed
advertere quod quedam ita vera excipiunt
quod de ipso subiecta re non fa-
ciunt verum quod satis est vocatur
vos arguit Jeronimus in 2 Epistola
Ergo has ego non discipulos philosophorum
sed inquilinos voco qui veniunt
ut vivant ut audiant non ut
discant sed in theatre voluptatis

causa ad delectandas aures eorum
vel voce vel fabulis ducuntur Ma-
gna auditorum turba propterea in
debitis quibus virgo scola dici-
tur. Non ideo agunt ut ea
que vicia deponant aut aliquam
legem dure accipiant Cum mores
suos corrigant. sed ut ablectamento
aurium perfruantur et cum pugil-
laribus veniunt Non ut verba
excipiant sed verba que de hec que
tam sine sensu alieno dictar-
entur sine suo audirent Item
in solem vel sed non absque ve-
nit collocabit Cum in principe
tacita tabernacula resederunt et
paula diucius commoratis sunt adver-
sari sensu fecerunt Et qui ad
plurimum sunt tractaverunt aliud
notare etc. quod prodesse etc. neglig-
entibus sed Jeronimus Unde autem
maxime excipe contra notam sicut
ut dicit quintilianus in libro de
kathalogo poetarum scripta
nimium cum ius sed plus sed assi-
duum plus sine magis vicare Unde
et plinius Ita solebant legere
quod sic annotabat in scriptis
aliorum que ipse legebat quod
posset excipere ut habet in Epistolis
plinius sed hec tamen plinius ma
gnus ita excipiebat quia
auctores ex quorum dictis excer-
pta notabat Unde ideo in plo
go libri naturalis hystorie
dicit Est nomen prorsus Est
enim benignum ut arbitror
et plenum ingenui pudoris
fateri per quos profeceris et non
abnegavimus profectum animi et
infelicius ingenium est depre
hendendo in furtu malle
quam mutua reddere cum presertim
sors fiat et usura sed plinius
sed post verba sua vel simul
tamen ita vel sibi mutuum
nota unde est alius excepto

periculosa. Unde Seneca in epistola
de quibusdam veteribus ait: Non sunt
circa flosculos occupati; totus con-
textus eorum virilis est. Inequalitatem
scias esse, ubi que eminent
notabilia sunt. Non est ammiranda
una arborum, ubi in eandem al-
titudinem tota silva surre-
xit. Non est ergo quod exigas excer-
pta et repetita; continuum est apud
nos quicquid apud alios excer-
pitur. Non habemus ita ancillas,
nec emptorem decipimus, cum
intraverit, sed illa que in fronte
suspensa. Pauperis est numerare
pecus. Quicumque miscet oculum
id se accepit quod eminere possit,
non in se passim legeret, quae deponere
istam spem posse te summatim
degustare ingenia maiorum
virorum. Tota tibi inspicienda
sunt, tota tractanda. Res geritur
et per lineamenta sua ingenii
opus nectitur, ex quo nichil
subduci potest nisi sine ruina.
Non est formosa mulier cuius lau-
datur crus aut brachium, sed illa cuius
universa facies ammirationem
singulis partibus abstulit. Item Seneca:
Tam ad virtutem quod et si
liceat excipere ut dictum est. Tu
hec magis querere imperfectioribus
et iuvenibus, quam perfectis in
sapientia et maturis. Unde idem ubi
supra: Non dubito quin multum con-
ferat rudibus et adhuc extrinsecus
auscultantibus: facilius enim
singula excerpta insidunt
circumscripta et carminis modo
inclusa. Ideo pueris sententias edi-
scendas damus, quia complecti
illas puerilis animus potest, qui plus
adhuc non capit. Certi profectus viro
captare flosculos turpe est
et fulcire notissimis et pau-
cissimis vocibus et memo-

stare, diu iam imitatur. Dicat ista esse
si non teneat. Turpe est enim seni aut
prospicienti senectutem ex commentario
sapere. Hoc Zenon dixit: Tu quid?
quousque sub alio moveris? Impera et
dic quod memorie tradatur; aliquid
et de tuo profer. Omnes istos numquam
auctores sed interpretes sub aliena um-
bra latentes nichil existimo gene-
rosi. Numquam ausi sunt aliquando facere
quod diu didicerant. Memoriam in
alienis exercuerunt. Aliud autem est me-
minisse, aliud scire. Meminisse est rem
commissam memorie custodire. Scire
est sua facere quaeque nec ad exemplar
pendere et totiens respicere ad magis-
trum. Numquam sunt tutele sue; sic vivunt sicut
aliena tutela et sequuntur alios in
qua nec ipsi quos sequuntur secuti sunt
predecessores suos; numquam veritas
invenietur si contenti sumus inventis.
Ego sic utar via vetere, sed si propiorem vesti-
gia ut incedam per veterem viam
deinde meliorem et planiorem inve-
niam, qui ante nos scripserunt non
domini nostri sed duces fuerunt. Veritas
patet omnibus. Non dum est occupata;
multum ex illa etiam nostris po-
steris est derelictum.

Sunt etiam eligenda circa
studium et corpus scripture tan-
quam audita que concepta sunt
et hoc est quadruplex studii s.
suum animi corporis tractandi frequens
cum carmina et labiis et ideo dicit
scripture vincla cogitacionum dis-
cursus et evagaciones cohibere. Item
in pluribus super premium paulus. Nunc
incipiis et meis nunc premoveri

tenuem si aures surde sint tetre. Ideo
monet Seneca ut sepius scribas in tempore
qui a te magis euagetur
qui cito fugit quod scribendo moratur in
certis et determinatis. Nam sicut euagatur
animus in cogitando ita in legendo. Et sic
lectio potest que reducat ad certitudinem
ita cogitatio que recolligit in scriptura.
Unde Seneca vide ne lectio auctorum multorum
et omnis generis voluminum habeat aliquid va
gum et instabile certis ingeniis im
morari et nutriri oportet. Nusquam est qui
ubique est vitam in peregrinatione exigentibus
hoc euenit et multa hospitia ha
beant. Nullas amicicias idem accidit
necesse est hiis qui nullius se ingenio
familiariter applicant. Sed eos cursim
preteruolantes transmittunt. Non prodest cibus
nec corpori accedit qui statim sumptus
emittitur. Nichil eque ad salutem impe
dit quam remediorum crebra mutatio.
Non venit vulnus ad cicatricem in quo
medicamenta temptantur. Nec qualescumque
plantata transfertur. Nichil tam utile
est quam in transitu prosit. Distringit
librorum multitudo. Secunda causa
ingenii suscitandi. Unde et beatus
Damasus ad beatum Jeronimum
ita scribit: Dormientem te et iam
longo tempore legentem pocius quam
scribentem questiunculis ad te missis
excitare decrevi. Non quod et legere non
debeas. Hoc enim veluti cottidianus
cibus alitur et pinguescit oracio. Sed
quia lectionis fructus sit iste si scribas
et infra ipso die paululo, sed
mille superantur. Nam tam ideo ut
ait Priscianus orator homo a bestiis
differamus quod loqui possumus, ea qua
laude ille dignus esse qui in ea
re ceteros superat in qua homines
bestiis antecellunt. Attingere quia et
que subiecta sint addiscere studeamus
utrumque moderamen ut non impositum

salonem desiderant. Nec aliquam
scriptorem habet Damascus.
Et sic in civitate nec venali bello
dimicantes primo se probant
et sui experimentum capiunt nuo
tabus et minus periculosis
certaminibus. Ita ingenium suum exer
cere. Primo expedit in ingeni
tate. Primo expedit in singu
libus conscribendis prius quam scribendo
ingenii et in libro de ingenio quod quedam
a sanctis sunt scripta ad vires
ingenii extendendas. Tercio causa
solacii assequendi. Unde ille Sa-
tiricus ait: Aut prodesse vo
lunt aut delectare poete. Et ille
in libro de tristibus: Carmina
proveniunt animo deducta sereno.
Et Cassiodorus in libro de ortho
graphia: Gloriosum est studium
quod loqui debeas competenter
scribere et que scripta sunt sine
aliqua erroris ambiguitate
proferre. Vox enim articulata
nos sequestrat a brutis scri
bendi vero racio ab imperitis.
Ita perfectum hominem duo ista re
vendicant et defendunt et
intrinsece oportet. Tamen et si plus
quam studium delectat cuilibet quod
fastidium relevat tamen si continue
fiat ingenium hebetat. Hinc Cassiodorus:
Ideo causa relevandi fastidii
et obtinendi solacii quandoque
scribitur et studium vicissitudine
variatur. Unde Seneca: Alit lectio
ingenium et studio fatigatum
non sine studio tamen reficit. Nec
scribere tantum nec legere tantum debemus.
Altera res contristabit vires et exhauriet
et exsoluet de stilo dico, altera
soluet et diluet. Si leges inui
cem hunc et illo temperandum est
et altera alterum temperandum est ut quicquid
quod lectione collectum est stilus
redigat in corpus hec Seneca.
Et nichil tibi tui in scribendo
animum delectat quod ex multis
vel lectis vel auditis vel

colligatis unum conficiatur quod si
a pluribus recedat nam tamen recedit
a singulis | Sed quod ex locorum multa
conficitur et in stilum redigitur
Unde Macrobius in libro de satur-
nalibus | Apes inquid quodammodo debemus
imitari que vagantur et flo-
res ad mel faciendum idoneos
carpunt | Deinde quicquid
attulerint disponunt ac per fa-
vos dividunt | Et ut ait
Virgilius liquentia mella sti-
pant et dulci distendunt nectare
cellas et sucum varium in unum
saporem mixtura quadam et proprietate
spiritus sui mutant | Nos quoque
quicquid diversa lectione quesivimus
committemus stilo ut in ordine
eodem digerente coalescat | Nam
in animo melius distincta servantur
et ipsa distinctio non sine quodam
fermento alicui firmento quo
conditur universitas in unius
saporis usum varia libamenta
confundit ut etiam si quid
apparet unde sumptum sit
| Aliud tamen esse quam unde sum-
ptum noscetur appareat quod
in corpore nostro videmus
sine ulla opera nostra facere
naturam | Alimenta que accepimus
quamdiu in sua qualitate
perseverant et solida innatant
stomacho oneri sunt | sed cum
ex eo quod erant mutata sunt
tunc demum in vires et san-
guinem transeunt | Idem in
his quibus aluntur ingenia
prestemus ut quecumque hausi-
mus paciamur integra esse ne
aliena sint | sed in quandam di-
geriem concoquantur | Alioquin in
memoriam ire possunt non in
ingenium | Ex omnibus colli-
gamus | Unde unum fiat sicut
unus numerus fit ex singulis

| Hoc faciat noster animus omnia quibus
est adiutus abscondat ipsum tamen osten-
dat quod efficit ut qui odora pigmen-
ta conficiunt | Qui ante curant ut
unius sint odoris ipsa que condiantur
confusa omnium sucorum et odoramentorum
inspiramentum | Unde sicut ex multorum
vocibus chorus unus constat | ex
omnibus tamen vox una redditur | ali-
qua est ex illis vox acuta | alia
gravis | Ita singularum illuc latere
voces animi appetit et fit concentus
ex dissonis [illegible] | Et hec
ra ps | Seneca in epistolis | Sed forte
videbitur aliquem contrarium quod di-
ximus supra ex verbis plurimorum de-
bere nominari auctoritates scripture verum
quod aliorum dicta colligentes quasi
unum verum proferre debemus sed
non est contrarium | Aliud enim munimentum
est quod scribitur tue auctoritate no-
minandus est | Aliud vero plane pro-
cedit et virtus preceptorum a-
dictorum cognoscitur et consolatur | Sed
locum quod hic dicitur | Unde Seneca
| Talem animum nostrum esse volo
ut multe in illo artes multa
precepta multarum etatum exempla sint
unum conspirata

Quesito quare sint re-
digenda in stilum est
causa obsequium impe-
dendi plus magis in
prologo libri sui amare dicit se
longo et stilo desumere studiis pro-
ximorum quas longinquitas ob-
ligabit agit caritas | Et in
libro qui dicitur speculum caritatis
sic ait Aluredus | Suscipio opus
impossibile dignum a tam factum ex
mea pusillitate impossibile ~~[illegible]~~

ex preceptorum meorum inexcusabili digni-
tacionem et eius inspectionem. Que autem
maxime grata est scribendi officium quo
quattuor ista concurrunt. Scribentis hu-
militas. persone maturitas. rei utili-
tas. petencium familiaritas. De hu-
militate scribentis est probatum multa
sub eius iudicio sit. Vult ille qui
scribit ne extollatur in corde pro modestia
a scriptis propriis Si non detrahat ore
scriptis alienis Si admittat pa-
cienter aliorum correctionem in operum declara-
cionem ne eos in obscuris ydea ne extollatur
in corde quia ingenitum est cuiquam ani-
mali amare quod genuit et letatur
homo in sermone oris sui De corde
enim nascitur sensus et amant cor-
da proprios fetus adeo ut sepe
animus parvisus in quantum sermone vici-
tortuosum et pravum et risu omni
dignum eum suum commendare non
erubescat Et inde fallitur Unde
Ambrosius ad Sabinum Nescio quo pacto
imprudencie caliginem que me
circumfundit unumquemque fallunt scripta
sua et ut filii eciam deformes de-
lectant Sic eciam scriptorem indecora
sermonis sui palpant. Unde et fabula
refert cum omnes bestie Jovi
presentassent filios suos Symia
filium suum presentans omnibus eum
pretulit. Non alienis detrahat
scriptis Nam ut dicit Symmachus pa-
tricius in epistola sua Mediocribus
scriptis amicorum benignitas facit
favorem Aliorum autem invidia ne-
scit cautiosior Et Sydonius in
hoc epistolarum suarum Super studiis
nulla laus cuique si nec posse-
ma quidem quia temerario meorum
iactatur aliena pericia inscrutu
ose precium semiplene turpiter
fieri periculose vero dicitur Si honore
faciat maiorum modica gratia pa-
Si notabilem maxima offensa

mediocritas scribendi invidia
continua labor sinus et odium
si quid sum verecundia inferam si
quid etiam vocatur presumptuosi
Et Jeronimus in prologo libri contra
peccatum quondam Semper in propriis
titulo fortitudo emulos habuit
ferunt quos firmas fulgura montes
me quoque procul ab urbibus
forensibus turbis remotum
Et ut Rutilianus ait late
rem latentem invenit invidia
Nec mirum inquit si adversum
me parvum homunculum Au
de suos gemant et perdunt
in tenuitatibus gaudent cum
adversus doctissimos viros
et que gloria invidiam superare
debuerat livor excitat Et
infra Et scrutando yma-
gines umbras et larvarum
quattuor nam esse dicitur terre par-
tibus et in angulis garrire
tenebrosis Item admittat
aliorum correctionem ad formam
in operum declarationem plerumque eorum
in epistola librum inmisi tibi
annota que putaveris cor-
rigenda Ita enim magis eciam
eciam tibi placere Si quid de
eiusdem displicuisse persone
maturitas reddit obsequium
scribendi gratum cum tamen eius expe-
titur oportunitas prout dicit Jeronimus
in epistola ad rusticum monachum
Ne ad scribendum cito prosilias
et levi ducaris insania dicit
levem quia sepius est opus quibus
necessitas cogit prout Augustinus
dicit in libro retractationum ut de
opere monachorum quem librum
illa necessitas compulit
cum apud Carthaginem mo-
nasteria esse cepissent alii
se suis manibus transigere-
bant obtemperantes apostolo Alii

vo ita ex obiectionibus religi
osorum viuere nolebant ut
ri si lis operantes vnde victui
ubi haberent vel supplerent se
posse aut implere preceptum
euangelii existimarent atque
tractarent vbi dicit aut
Respicite volatilia celi et
lilia agri Vnde ostendebant
etiam qui turbam ab ecclesia
aliis hic alius illud defen
dentibus huic accedebant
Vnde tunc quidem erant certe
que operandi non esse dicebant
sed vtilitates quendam Absit
enim si quod scribitur fuit apertum
quod tunc minime sit si ad
honorem dei et edificationem proximi
eterni temporis scribimus fuit / si
mus enim vt scriptum maiorem
det esse ad cetera dulcedinem
inferre Vnde in iiii li de
doctrina christiana dicit Augustinus
Tota scriptura si quis eam intel
ligat geminam caritatem
edificat Nam certe que se
culares transcripserunt prodesse
posteris voluerunt Vnde et
Tullius in suo Tusculanarum
sic ait precedam tamen vsque
ad hanc etatem Hec non quidem
lucem litterarum latinarum que
illustrandam exercitanda a
nobis est vt si occupati pro
fuimus tunc si possimus otio
si in quo magis nobis eo
elaborandum est quod multi iam
libri esse latini Quia scripti
in consideratione ab illis quidem
aptis viris sed non satis eru
ditis fieri aut potest ut recte
quis sentiat et id quod sentit
polite eloqui non possit sed
mandare cogitationes litteris agi
tationes suas / quod eas nec dispo
nere nec illustrare possit
Nec delectatione aliqua allicere
lectorem hominis est intemperanter abutentis
et otio et litteris Itaque libros suos ipsi
legunt cum suis Nec quisquam attingit
preter eos qui eandem licentiam scribendi
sibi permitti volunt Et Emendemus
superflua scribere cum est iactancie nota
iactancie contemptus potentis fami
liaritas comedat scribentis officium Ma
gis enim decet ut scribat aliquis ab
aliquo rogatus quam motu proprie vo
luntatis ductus / hoc enim ascribitur humi
litate obediencie caritati / illud vero ia
ctancie superbie leuitati Et vtinam
quidem potius vel coacti scribent et se
freno oris imposito per silencium homo
rarent / quam ut satiricae loqui hesterna
ructantes crapula aureque inflata
dare presumunt / Qui sunt in facetiis
assueti loquacitatem sapiens estima
tes parum maledicere in eloquio lacessunt
sed scripti lacerant quam quiuis quorum
folia nouitatibus plena sunt et
ineptiis vt illud Plauti nodum
to possit eis aptari hos preter
sibillam nemo leget Et illud
Virgilius Vadit sine metro sancta et
eius suas magnificauerit fimbrias
in exordiis protinus montes nasci
ridiculus mus quorum verba leg sed
norit Corintheos Christum sapiunt eum intelli
ant stipendia et similes antichristi
inimici et crassi temporalibus suffarcinati
pauperes nudos mendaces per
egrinos huius seculi dampnat qui
Christum sermonibus et studiis uno
et sic verbis taceat hostibus loquitur
et gestis / tales hec considerantes
hiis duobus cum Christum et Christi
discipulos diminicant antiquitus
que ad tactum non didicerunt more
sibille gementes et oculis
scrutantes nesciunt loqui Sed
iam ad propositum redeuntes dicere
ad officium pertinet scribendi cor
rigere exemplaria excipere no
tabilia redigere in solium

concepta p(ro)pria nunq(uam) nu(n)c menti
memorialit(er) h(ic) e(st) ult(imo) q(uod) p(ro)sequemur
diffusius s(ed) tu(n)c agem(us) de memo(ria)
Xpo auxiliante De h(oc) infra dicet(ur)
Hec ad p(rese)ns nosse sufficiat q(uod)
memoria l(itte)ris adiuuatur

Ingenium est vis a na(tur)a p(re)se pro
ficiscitur usu iuuatur tractatu
exercicio acuit(ur) Ista est primo
dato labore retundit(ur) Nam
labore corpora franguntur
calor et sp(iritu)s resoluunt(ur) sompnus
inducitur subtractio sensuum exteriore
ministerio et virib(us) impeditis mediante
ingenium obtundatur Euacuatur aut(em) mo
dis ingenium et minui(tur) labore re
tunditur vel causa na(tur)ali accidentali
corp(or)ali aiali vel causa na(tur)ali in senib(us)
et pueris ab accidentali quarum
passionum malestacionibus impeditis
vel corp(or)ali in n(ost)ris accionib(us) occupatis
ab aiali d(e) n(ost)ris cogitabundis Vel
na(tur)ali ergo causa deficiunt pueri et se
nes vn(de) Berzellai octogenari(us) ad
dauid Nunquid ingenit sensus mei
ad discernendum rem que sequa(tur) Et
Jeremias seipsum vt non mittatur
excusat quia se puerum profitet(ur)
Certum est enim primam etatem esse
calidam et humidam p(er) officium
Etatem aut(em) senilem frigidam ac
siccam et in vtraq(ue) vigo(r) minu(itur)
ingenium Cum enim in senib(us) q(ui)d
dum continue euaporet neccesse e(st) v(t)
vt calor exalet Et ideo p(ro)pt(er) hanc
euaporacionem attribuitur eis constan
cia frigidum et siccum h(abe)nt retz (?) et
fortis apprehensio p(ro)pt(er) defectum calidi
comisceantes opiniones t(ri)umb(us) et sapiu(n)t
p(ro)pt(er) multam experienciam et multam
medi(taci)onem que ex frigido et sicco co
fortatur Sed in infantib(us) deficit

ingenium inequalitate ad cogitata
compatit(ur) Vn(de) Ariocenna (?) in li(br)o
de aiali ostendit q(uod) a(n)i(m)a p(ro)pter
corp(or)is debilitatem inueniu(n)tur fine
etatis iuuenilis quod fit circa
annos sc(ilicet) xl tunc sapiencia con
fortat(ur) Vn(de) Ad senes ab ysaac
sunamitis offerunt(ur) vetiae (?) Et
vt ait Jero(nimus) ad Nepocianum
Dauid amore natus lx v (?) bel
licosus quondam vir senectute fri
gescens non potuit calefieri q(ue)
ritur a puella que cum rege
dormiret et senile corpus cale
faceret Manet enim pene v(ir)
tutes corporis mutantur in se
nibus et crescente sola sapiencia
decrescunt cetera q(ue) Jero(nimus) Sa
piencia ergo est illa sunamitis
que senes calefacit et iuue
nes non vrit Sed sic abraam
q(uo)q(ue) plus lxxv° scribens mor
tuus e(st) Et Socrates lxxxix
annos in docendi et scribendi
labore complet et multi pl(ur)i
etate legem in studio sa
piencie floruerunt Et multi
poete grandes natu vicina
morte nescio cigneum et sola
to dulcius cecinerunt ut d(icitu)r
ca(pitu)lo i. tam parte p(er) epla (?)
ht'ys et q(ui)a ad responsio
breuis Continuatum scolasti
ci laboris exercicium minuit
quo na(tur)a paulatim deficit
et artis industria vt di
sciplina succedit Vn(de) Jero(nimus)
Senectus eorum qui adu
lescenciam suam honestis
artibus instruxerunt et in le
ge dei meditati sunt die
ac nocte etate fit doctior
vsu vegedior temporis processu
et veterum studiorum dulcissi(m)os
fructus metit Vn(de) et sapiens
ille vir grecie themistocles
cum expletis centum et vii
annis se mori cerneret dixisse

fertur se dolere quod egrederetur
e vita cum cepisset sapere. Tuta
tum que per corpus exercentur
fracto corpore marcida fiunt. Et
ut dicit idem Ieronimus Nec est dico
quod in iuvenibus et adulte ple-
nioris etatis hiis dumtaxat
qui labore et ardentissimo
studio necnon quoque sanctimonia
et orationibus ad deum frequentia
scientiam consecuti sunt fugatur
sapientia que in plerisque senibus
etate marcessunt. Sed quia adu-
lescens multa corporis susti-
neat bella. Et inter incenti-
va viciorum et carnis titil-
lacionem quasi ignis in lignis
viridibus suffocatur ut suum
non possit explicare ful-
gorem. Et causa accidenta-
lis hebetudinis ingenium cuius-
modi sunt egritudines specia-
les et maxime impeditur
per capitis passiones. Nam
in vertigine et scotomia visus
est et ingenii corruptela
tum [illegible] videntur in
girum quia fumo pene-
trante ad partem anteriorem
cerebri spiritus visibiles a ve-
tositate defente volvuntur
in girum. Et sic vero ponit
esse certus quod non apprehendit
nisi per corporeum instrumentum
a spiritu sit rotatum. Sic est
fit in letargia que facit
hominem obliviosum et dure
etiam intelligentie et lo-
pinguis venter tenuem
gignit sensum quia nimia
repletio ciborum et potuum et
maxime ceparum alearum
et aliorum acrimonium et fru-
ctuum comestio inducit quo-
modo debilitatem ingeni-
um sunt gravius semper

in rem pigri aptas humores calo-
rem excitacionem et cras apertum quod
non meminit claudere maxime
ad totos partem est. Quandoque egritudo
per hanc aut passionem maior et
minor ingenii ineptitudo nascitur
sed quod ex diversis causis et in diversis
locis passio ista causatur. Stupor
est mentis ingenium impedit
eo quod sensus et motus ista dim-
minuuntur que passio insensibili-
tas et immobilitas appellatur per quam
omnino ingenium negatur. Propter
humiditates enim aquosas vel per
caput diffusas ventriculi cerebri
infunduntur. Et inde sic humi-
ctantur et remolliuntur et capita
nervorum sensibilium et motivorum
oppilantur. Sed de hiis ad plenum
medicos remittimus. Causa cor-
poralis tum minus corpori parcit
ut ad scientiam fortiores et habili-
ores simus. Et dum nimium
ieiunando vel vigilando radicale
consumitur humidum naturale. Ne-
cesse est ut diminuatur ingenium
quia si certam vigilia hone-
statis tabefaceret carnes et co-
gitatus illius aufert sompnum.
Hic ergo spacia studii et sompni
moderentur ut nec tempus studio
deputato sompno debito ledatur
vel studio insistatur unde Petrus
apostolus in itinerario. Curandum est
inquit magno opere ne quis
sumens ex hiis spaciis que
ad studendum haberi solet sompno
addat et vigilandi tempus
minuat. Illud quoque est observan-
dum ne forte si non diu decoc-
tis cibis interrumpatur sompnus
in mentem aggravat corpus
indigestum et crudas exalaciones
spiritus sensuum interiorem con-
fusum reddit et turbidum. Sci-
endum ergo est ut spacio competenti
cetis ista faveatur quod meli

In quantum ibidem consistendum tibi
est si ad veram scripturarum scientiam vis
pervenire ut humilitatem cordis inmobilem
primitus consequaris que te non ad
illam que inflat sed ad eam que illu-
minat scientiam caritatis consummatione perducat
Impossibile namque est quod inmunda est men-
te donum scientie spiritualis adipisci. Et i-
deo omni cautione devita ne tibi per studi-
um lectionis non scientie lumen nec per-
petua illa que per illuminationem doctrine
promittitur gloria sed instrumenta perditionis
de arrogantie vanitate nascantur. De-
inde est tibi omnimodis enitendum ut ex-
pulsa omni sollicitudine et cogitatio-
ne terrena assiduum te ac potius
iugem sacre prebeas lectioni donec continua
meditatio imbuat mentem tuam. Hec
cum iugitas meditationis diuturne no-
bis confert fructum. Quid enim dum in le-
gendis ac pandis lectionibus occupatur
mentis intentio. Itaque est ut nullis noxia-
rum cogitationum laqueis capiatur. De-
inde quia ea que crebra repetitione
percussa diu memorie tradere laboravimus in-
telligere tunc temporis obligata mente non
quivimus postea libera omni actuum ac vi-
sionum illecebris absoluti precipue quoque
nocturna meditatione tacita revolventes
clarius intuemur. Ita ut occultissimorum
sensuum quos ne tenui quidem opina-
tione vigilantes percepimus quiescentibus
nobis et velut soporis stupore demersis in-
telligentia revelletur. Non potest inmunda anima
in se habere visum sapientie. Et ideo sicut dicitur
in collationibus sanctorum religiosorum. Si no-
bis cura est ad spiritualis scientie lumen
non vitio inanis iactantie sed emen-
dationis gratia pervenire flagramus primum beati-
tudinis cupiditate et inflammemur. Beati
mundo corde quoniam ipsi deum videbunt.
Et ideo si scientie spiritualis sacrum in corde
nostro volueris tabernaculum preparare ab
omnium vos vitiorum contagione purgate et
curis secularis pravitatis exuite. Impossibile namque
est animam que mundanis ne tenuiter quidem distensi-
onibus occupatur donum scientie
promereri vel generatricem spiritualium
sensuum atque tenacem sacrarum
scripturarum. Non potest enim inmunda
anima in aliis generare fructum
doctrine. Terra enim que non est capax
ad percipiendum quod est idonea
ad tradendum. Tum si aliquis de spiritua-
libus doctrinis presumpserit inefficax
et inutilis doctrina erit. Ad au-
res tamen audientium sermo perve-
niet autem penetrare non poterit. In-
ertia operis et infructuositate sue
perditum vanitate quoque non provenit
de thesauro bone conscientie sed de presump-
tione vane glorie. Nemo enim in
vas fetidum et corruptum optimum
mel et preciosum infundit unguentum.
Vas enim quod semel infectum fuerit fetido
liquore contaminatur ut a
liquore fetido testa aliud recipiat
quam mundans munda corrumpit
quam corrupta mundantur. Scientia vero
spiritualis vite fit melle dul-
cioribus. Sed aut mundi corrupti
vasis. Propheta. Quam dulcia fau-
cibus meis eloquia tua super mel ori
meo. Unde in collationibus sanctorum
religiosorum quod cavendum est tibi ne
elatione ad docendum in vitali exemplo
quam peritia disputandi ac sermonis
affluentia consequimur. Que predicta
que voluerint alios copiose quam
dixisse arcana sensuum discutere non
nominis. Aliud namque est facilitatem
oris et nitorem habere sermonis
et aliud venas et medullas
celestium intrare dictorum ac profunda
et abscondita sacramenta purissimo
cordis oculo contemplari. Quod nullatenus
humana doctrina nec eruditio secularis
sed sola puritas mentis per illuminationem
sancti spiritus obtinebit.

Post obitum viciorum sequitur
abdicatio puerilium ac si
puerilia studia
Cogita

Verba
Opera

De prudentibus
studiis prat in
hiis que in inclitiosis strepitu
clamatio de magis assidue di-
sputant inutilia actenus vbcantes
Hii sunt qui vana loquuntur et scilicet
et vana lucri clementes doctrine
in vanitas sunt adhuc ingenium ex-
tentes si philosophi et dicere pueri et-
tenui auctorum sectam sunt et clemen-
tarii senes Operetium enim est
quod eum in mente ascendisse de-
buerint sancte eminentissime Ipsum eum
a primo remansit in ceno inutilie
crassiore Prisciani Tulius
Lucani Persius hii sunt dii
eorum sed vereor ne in examine necessita-
tis celo eis imperando dicatur Vbi
sunt dii vestri in quibus habebatis
fiduciam surgant et opitulentur vobis in
necessitate vos protegant Dampnat
enim apostolus ea que sunt racione
habencia sapientie si non edificat
ad salutem Vas igitur quam ac-
tenus huiusmodi vanitatibus militas-
set et quibus exactum in supra-
aut plus debito contempsisset Co-
sulo quod deo militet sancte ad
medicum et sanctis vite senectutem
immolet altissimo qui innuen-
tus et adolescencie florem in rebus
migratoriis consumpsisset Monstrosum
enim est homines vite a senectute su-
genda redire ad mamillam De pu-
eribus cogitans dicit apostolus
Cum essem parvulus loquebar ut par-
vulus cogitabam ut parvulus Cum
autem factus sum vir evacuavi que
parvuli erant Hinc est quod mens
poeticis infecta carminibus illas fa-
bularum nugas hystorias quoque bellorum
quibus a parvulo primis studiorum im-
buta est rudimentis tempore suo ad
dominata psalmodia peragitur provocata
me dicit Et quod bellantium ymagi-
nes ante oculos versatur Et illud

fantasmatum ymaginationum deluditur sicut
hoc tempore orationis tempore psalmodie vel spiri-
tualis lectionis vix indiviam palatum mens
a talibus fantasiis Et est in hiis est
remedium efficax si eandem diligenciam et in-
stanciam quam in libris adiscendis adhi-
buisti ad scripturas spiritualium meditationum et
lectionem adhibere curaveris Necesse est enim mente
tua tamdiu illis carminibus occupari
quamdiu sibi aliqua que meditetur semetipsa
recolat simili studio et assiduitate congerat
Sic pro illis infructuosis atque terrenis spiritua-
lia ad divina procurat que ad profunde al-
te quod concepit atque in illis sunt cuncta
vel expelli prorsus sensim poterunt vel
penitus aboleri Vacare enim cunctis cogitationi-
bus humana mens non potest Et ideo quamdiu
spiritualibus studiis non fuit occupata necesse
est ea illis que prius didicerat implicari
quamdiu enim non habuerit quo recurrat Et in-
defessos exerceat actus necesse est ut ab ea
quibus ab infancia imbuta est collabatur
ea que semper revoluntatque longo usu
ac meditatione concepit De prudentibus
verbis exaratur dicitur in Ecclesiastico Sicut ascen-
sus arenosus in pedibus veterani Sic
mulier linguata homini quieto quiete a-
nimi Hoc est sicut arena que instabilis est et scinditur scilicet
retardat a processu Ideo os insipientis medi-
tabitur sapienciam et lingua eius loquitur in
dicendo ex sine premeditatione et deliberatione et instabil
in eis qui volunt proficere in sapiencia spiri-
tuali non est proficiendum Vnde Bernhar-
dus in quodam sermone De humilitate beatus
Christus que consumit superbiam nativitatis mee
parum aliud scio vel potius nil scire vi-
deor Et iam silere non possum impudenter
me ingerens et cunctans prinulus ad
loquendum velox tardus ad audiendum Et
ad tanto tempore silebat cum scriptura absco-
nderat nunquam inanem gloriam timebat
verum sed nobis non sibi Sed Dominus Vbi
erit adolescens loquentem in ita tam vix
eum inire fuit sibi tecum in ea re-
pend in multis esto quasi insciens audi
tacensque simul et querens Et omnibus
semper beatum immaculati Et tales matures

perdat quis prius in adolescentia posita
senile gravitate induit et iuveniles
annos annos veterana quedam continentia
regit atque disponit. De puerilibus operibus
et factis habeas exemplum quod sicut peius est
bestiale esse quam bestia quia bestiam esse a natura
esse est, bestiale ex vicio. Sic peius est
puerile esse quam puerum. Unde Seneca: tenera
inquit infantia quantum gaudium senseris cum
pretexta posita togam sumpsisti et in forum
deductus es. Maius expecta cum puerilem
animum deposueris et te in viros philosophia transcri-
pserit. Etiam hec cum non pueritia sed quod est gra-
vius puerilitas regit. Et hec quidem peius
est quod habes auctoritatem senum sed vicia puero-
rum nec puerorum tantum sed infantium. Illa levia
hii sua formidant. Nos utraque. Sicut Gregorius dicit
in pastorali: Quilibet parvuli diligit infan-
ciam et stulti ea que sibi noxia sunt cu-
piunt. Et imprudentes ordinem scilicet prodi-
gunt non annis sed moribus. Unde Seneca ad
Lucillum: Vive annos tuos et puderet
ex velle que puer volueras. Hinc Mar-
cialis coquus: Heu inquit non mali que
putantur anni infantes sumus et senes
videmur. Imprudentes inquit omnes sacra que
debent esse amabilia ante et retro oculata. Et
ad hoc formice prudentiam. De qua dicitur in
proverbiis: Vade ad formicam o piger et consi-
dera vias eius et disce sapientiam. Et sic
dicit Seneca in primo declamationum: Torpent
inquit ingenia desidiose iuventutis nec a bono
studio unius honeste rei labore vigilat
sed cantandi potius saltandi obscena studi-
a effeminatos tenent. Demum capillum
frangere et ad muliebres blandicias vo-
ces extenuare mollicie corporis cum fe-
minis certare et immundissimis se munditiis ex-
colere morem adolescentium speciem est. Molles
enim et nati in vicio manent expugnato-
res aliene pudicicie negligentes sue.

Post abiectionem viciorum et additionem
puerilium tandem vide ergo quatuor scilicet

Divisionem	Divisio ad
Ordinem	est hec cum inte-
Dependentiam	gra sunt conti-
Continuationem	nuacionem in hoc

modo sic et varietatis sic earum
puriti vite utilium tamen necessarium est
que non habeat proprium ordinem et ra-
tiones per quas instrui possent eas
apprehendere. Est ergo dicta scientia di-
vina et humana. Humane sunt que de
hominibus et rebus humanis ordinantur.
Divine sunt quas habet fidei custo-
ribus dictas auctoritas velut Genesis
ad fidei corroborationem recepit et le-
git. Hec autem scientia dividitur in practicam
et theoricam. Practica consistit in
emendatione morum et progressione
virtutum. Theorica vero in contempla-
tione divinorum cuius modi sunt scientie
religiosorum. Ordo autem iste est ut
quisquis ad theoricam voluit perve-
nire prius practicam ipsum assequi debet
necesse. Et sic vectum a labe peccati
non ascendit ad cognitionem dei. Ita
e converso non potest ad theoricam nisi per
practicam. Cum illa sit de contemplatione
celestium. Illa vero de purgatione viciorum
sine practica non possit. Sine theori-
ca gradum cum ista sunt ordinati
ut humana humilitas possit ad
sublime conscendere. Sed ad postea
non inventum in scriptura prius ordi-
ne. Decepto vero huius scientie sit
cum vicio durante sed cognitionem viciorum
et remediorum. Ergo discretionem virtu-
tum et informationem morum ut ita
formentur ut non sit coacta non
violenta sermonibus sed quod bono de-
lectata viam arduam cum delectatione
consenciat. Nam in cuius vita sua
nec intelligit nec intendit extirpa-
re ad informationem virtutum qui
est gradus secunde practice vel ad
misteria spiritualia que subiciuntur
theologie non valebit attingere non
enim progreditur ad excellentiora qui non
evicit planiora nec ea que sunt
extrinsecus apprehendit qui ea que
sibi nota non intelligit. Differentia
eiusdem eradicatione nobis indicet corpo-
ris et animi passiones quas spirituales

plantari virtutes. Et ergo circa di-
sciplinale magis in initiis laborare
videtur in compulsione viciorum
quatuor ponuntur scilicet

Evellere	In perficiendo vero
Destruere	virtutibus duo
disperdere	edificare et plan-
Dissipare	tare ergo primum circa

perficienda peccata scilicet activa sancta et
spiritualis ethica et melior activa
virtute perfectis per varia laborum
stipendia vero in primo sequitur
theorica sequitur intelligentia spiritualis
et oritur illa a meditatione legis
scilicet de fructu operis per quam mandatis
tuis intellexi psallam inquit et
intelligam in via immaculata psal-
lens cum intret que canitur quia
in via immaculata gressu puri
cordis dirigitur. Hec est autem actualis
scientie sive vite primum preceptum et
principium ut videlicet sint omni-
no silentium et ut omnium seni-
orum instituta et sermones intento
corde et muto ore suscipias et
diligens in pectore tuo condens
ad perficienda ea potius quam ad
docendum festines. Ex hoc enim va-
ne glorie perniciosa presumptio. Ex
illo autem fructus spiritualis scientie
pullulabit. Esto ergo pro omnibus senioribus
tibi ad audiendum tardus ad loquen-
dum et conformes dicunt qui cepit
facere et docere. Ut ante actum non
presumas ad docendum. Ne in illorum
numero deputeris qui dicunt et non
faciunt et onera que suo digi-
to movere nolunt super humeros homi-
num alligant et imponunt. Continen-
tia est ut sic ad vite professionem
habitum regularem retinendam est perseveran-
tia sic levem et sine causa non va-
riant studia. Dolent enim qui
non sunt in illa quam arripuit
professione fundati ad audiendum
quosdam in diversis studiis ac vir-
tutibus positi et in eorum laude sunt
di ut imitari proxima eorum gestiat

disciplinam in quo iteratur ratio impedit
conata humana fragilitas. Impossibile namque est
unum eundemque hominem simul in omnibus fulgere
virtutum claritatis quas si quis voluit
pariter affectare in id eum maxime necesse est in-
currere. Dum omnes sequitur nullam integram consequatur
magisque ex hac immutatione atque varietate
dispendium capiat quam profectum. Multe
enim vie ad deum tendunt. Et ideo unusquisque
illam quam semel arripuit irrevocabiliter
in intentione consummat ut sit in qualibet
professione perfectus. Et in studiis et fruc-
tibus est videre quam male fundati sunt pre-
propere virtutes ut est [illegible] et de scientia ad
scientiam festinare ex quo ergo quam ex aviditate
immoderata desiderant quod eis inutile est
et nocivum. Virtuti in vitium se capien-
tur negata. Sic inter iniciat eger
dampnetur.

Post abiectionem viciorum et abdicationem
primum et sancte actice exercitum
sequitur de spirituali intelligentia quod
divinum est. Et qui ita pro-
fessione et perfectionem sapientie nitentur sue
percepta discenda et exempla viverent
ut utrumque magis roboret et eminent ex-
emplum que et illum salutem quam regularium
congeruntur discipline. Ideo nos sufficiat
aut indigne malivolum aut ingratum
aurium sed in mixtum [illegible] de hiis eligimus sole pro-
libentius ut ergo spirituale intelligentia consignantur

verba sapientie	Sunt ergo reve-
reventer audienda	rent audien-
Subtiliter intelligenda	da studiens

ergo sapientiam sa-
piendi erit. Et donec impleret quodque
quod auditum est faciat ut ita dixerim non
autem vero si ea que optatur nostri pro ea
audiens in collatione proferri non a sancto quia
est id nota sunt ea suscipias fastidiose
vel ea asspuatur. Ex via veritatis et salutis
indesinenter a una suscipias. Et cordi
tuo inserens revertent. Sic enim de in col-
lectionibus de sancta religiositate quibus ad historiam
sacrarum rerum extra narrationem unquam tamen
aure sitim vere scientie sustinenti saciabit
agitabit errorem. Ex ea cottidie vero nova
et desiderata suscipiens ipso frequenter hau-
rit tanto avidius non audiat vel loquens

Et confirmator potius affectus sacre. Si
crebra repeticione quid aliud ex frequenti locu-
cione capiat fastidium. Evidens magis est
tepide ac simplex mentis indicium si verborum
salutationem necdum (?) quibus studio nimie
assiduitatis ingesta fastidiose negligenter
percipiat. Animus enim qui in sacietate
infamis est illudit. Anime autem egenti etiam
amara dulcia videntur. Si tamen hec diligenter
accepta et in recessu mentis condita atque indita
fuerint tenacitate signata / postea ut vina que
dum suave olentia cum (?) ... carnae (?) et pa-
ce fiunt vetustate decocta. Cum magis sua
fragrantia de vase tui pectoris proferuntur et
tamquam perhennis fons de experiencie venis
et irriguis virtutum meatibus redundanter
fluencia quasi continua velud de quodam a-
bysso tui cordis effundentur. Eveniet namque
illud in te quod in proverbiis ad eum dicitur
qui hec opere consummaverit. Bibe aquas
de vasis tuis et de puteorum tuorum fonte
in tuas autem plateas pertransiant aque
tue. Et sicut Origenes in ii libro de ... (?)
dicit ... distare nostre (?). Sunt eo subtili-
ter inquirenda unumquodque enim est in respiciente
pro modo recepti. Dum aliis mitte (?) sunt verba
scripture rudia alibi parati. Sicut enim dicit
... in examine ... aqua in diversis
se mutat species. Inter arenas flava inter
cautes spumea inter nemora virenti inter
florulenta discolor. Inter lilia fulgentior
inter rosas rubicundior inter gramina li-
quidior. In palude torpidior in fonte per-
spicacior. In mari profundior. Et ... suscep-
tionibus inserunt colore rigorem quasi pari ra-
tione convertat. Et inter vaporiferta fervent
inter umbrosa frigescat sole repercussa
estuat nimibus irrigata glaciali humore
pavescat. Sic pro capacitate sermonum (?) mo-
rum spiritus sensus capitur. Et in presci-
ente proficit ut sicut carnalibus diversa
spiritualibus videntur. Et hii quibus an-
tea videbantur verba divina esse quibusdam
nebulis involuta sermonis intelligere sub-
tilitate discussa per modum sunt apta. Et
ut verba sacra cum in diversis statibus reddit (?)
ad omne genus hominum dicuntur probe

attendi hec vim. Non formata
verba assumens tamen eciam quod si car-
nalis quisque audierit eum sancte (?)
sonum hec salubriter custodiri.
Spiritualis autem illud audiens quia
ad lutulentum carnis reliquias affirmatum (?)
intelligit quia recedendum est a cerimoniis
ydolorum et ab omni supersticione gen-
tilium tamen in observacione dierum et
temporum quasi signorum. Sunt ad reli-
gionem (?) quasi contempta est et in celo
sublimi formata. Sic vero ab
hac dupla formicacione cum hec dicta
... audierit a legis supersti-
cionibus se custodit nec minimas (?)
supersticiones spirituales sine formicacionis
esse et alia formicacio que ...
prius dicuntur adultero. Hac ergo
omnis qui potest declinare subtili-
ter formicacionem ne labatur in cogita-
cionum noviarum evagacione. Sunt etiam
utilia effundenda nec sunt enim spar-
genda ante porcos spiritualis et
ineptitudine margarite. Licet unde
hominibus prohibite scripturarum ... (?)
Ut nec quod sapientissimus Salomon ...
dicit ... nolo nisi applicari in-
primum ad pastura mistica ... secun-
dum satietate ventris nec enim decet
... stulto divitiae. Licet oportet est
sapie... ubi non est ... ymmo corda
... impleat illud psalmi In corde
meo abscondi eloquia mea ut
non peccem tibi. Omnis enim qui elo-
quia domini huius laudis amore
dispensat pecuniam suam ad usuram
erogat recepturus pro hac laude
non solum victorum stipendia sed
culparum supplicia cum dominus venturus
non recipiat in proposito quod suum est
cum usura. Duabus etenim causis et
efficacia et modo recipitur doctrina spiritu-
alis. Aut enim ille qui docet in
cepta quiescat vano rumore sono
inflans mitti auditorem. Sunt vi-
ciis referta auditorum obdurato corde
doctrina non recipitur spiritualis. Sed

Sic scriptum est Ezechias & cor
ipsius hinc et aures eius conuit
audiat et oculos suos ne vi-
deant lege libros vel compo-
si et invenies quod debeat munda-
sapere sacra distribui Sunt ergo
vero sacre scripture exponenda Sic
enim super dictum est etiam diuina
in pericula duxit et theorica theo-
rica in historica inspiratione et
intellectum spiritualem Sic scriptum est
omnibus autem eius vestiti sunt
duplicibus Spiritualis autem intelle-
ctualis sunt quatuor
Allegoria vel in pictis Su-
Tropologia per latitudinem cor-
et Anagogia de quibus legitur
descripta historia scriptor ac vi-
sibilium rerum contemplatur agnoscit
Allegoria sub eis que gesta sunt
in veritate aliquid sacri comprehendit
Tropologia moralis est que
ad emendationem vite et instructionem
actualem pertinet Anagogia vero
de spiritualibus misteriis ad sublimia
quedam et sacra quedam occulta
ascendit Sic vero et eadem Ierusalem
potest intelligi quadrupharie
Ciuitas iudeorum in historia
Ecclesia Christi in allegoria
Anima hominis in tropologia
Ciuitas celestis in anagogia
Et in hunc quadruplicem sensum
spiritus et eius sapientie dicit debent
intelligere scripturarum et exponendas
sunt ergo de hiis que pertinent ad
disciplinam inchoationis et de hiis
que pertinent ad profectum & spiritualis et
progressionis etc.

Habito de doctrina que est
ad statum inchoationis
et progressionis hic vi-
dendum est de ea quidem
ad statum perfectionis hec enim
ipsa compertae regulariter et univer-
saliter ad eius expeditionem
quatuor sunt necessaria
scilicet

Lectio Hiis enim quatuor modis
Meditatio anime spirituales docentur
Oratio a deo hec est doctrina clau-
Contemplatio stralis qua de terra in
